



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

20 Cardinales sub constitutione de publicandis resignationibus  
comprehenduntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

bent, ut omnia possint verisimiliter, ad omnium ibi existentium notitiam pervenire, exemplumque litterarum collationatum valvis ecclesiarum affixum reliqui debet, ead. constitut. §. nos hoc malum, in fin.

<sup>17</sup> Pro beneficio rurali † quodque populo, aut conventu caret, publicatio in parochiali intra cuius parochiae limites beneficium constitutum existat, & in cathedrali ecclesia, † vel, si locus bello, aut peste, seu manifestis periculis, subjaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut alteram ipsarum minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculum immuni publicatio hujusmodi fieri debeat, aedem constit. §. si vero Ecclesia.

<sup>18</sup> Provisus de beneficio, † etiam litigioso, vel a cedente non possesto, possessionem beneficij infra dictum tempus vigore litterarum Apostolicarum desuper confedarum, aut provisionis auctoritate ordinaria factae, nec alias apprehendere debet, quod si propter item, aut aliud impedimentum apprehendere non poterit, saltem litteras cum earum publicatione, si tunc facta fuerit iudici, seu executori illarum, vel illi, ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suum legitimum, infra idem tempus presentare, & apud illum, vel illos propriarum litterarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere debet, ut in ead. constit. §. is quoque.

<sup>20</sup> Cum autem S.R.E. Cardinales, † sub regulis cancellariae non comprehendantur, ut trad. Gomes. in proem. reg. quæst. 6. numer. 10. & habetur per Clementem Papam VIII, in suis regulis cancellariae

reg. 69. & ideo dubitari contingere, an constitutio hujusmodi ipsos comprehenderet, licet videretur, quod sic, cap. 1. de schismat. & idem Gomes. de publ. resign. quæst. 12. numer. 3. ad tollendum omne dubium fuerint expresse comprehensi, ut ead. constit. §. 1. ibi, etiam S.R.E. Cardinales.

<sup>21</sup> Resignationum † publicatio sub modo, & forma desuper tradita fieri debet, alias redditur nulla, ut expresse disponitur, ultra quod, non servata forma data à lege corruit actus, c. cum dilecta, de rescript. c. venerabili, de off. deleg. cap. fin. de res. spol. Rom. cons. 236. numer. 8. & Felyn. in d. cap. cum dilecta, num. 7. circa med. vers. gesta contra formam. de rescript. † major est enim defectus formæ, quam materiae, glos. in l. unius §. si acceptilatio in verb. inutilis, & ibi Paul. Castr. num. 2. de past. & l. certa forma, & ibi Joann. de Plat. C. de jure scilicet lib. 10. nec potest adimpleri per æquipollens, ut <sup>22</sup> in ead. const. ead. s. ceterum, † Quia quando datur certa forma à jure, vel ab homine, partia sunt agere directè contra, vel citra, cap. prudenter, & ibi Abb. n. 5 de off. deleg. & Felyn. in d. c. dilecta, n. 6. vers. amplia primo, qui tradit regulam cum pluribus limitationibus, & ampliationibus, & hinc videmus † quod ex isto capite, infringitur alienatio rei ecclesiae facta, forma non servata, cap. sine exceptione. 13: qu. 2. cap. I. de reb. Eccles. non alienan. in 6. & clem. 1. & ibi Card. eod. titul. Bart. in l. cum sic, §. eam transactionem, numer. 3 ff. de transact. Bald. in l. fin. §. necessitate, numer. 27. C. de bo. qua lib. Jas. in l. contra juris. numer. 9. de past. & Felyn. in cap. causam, il. I. num. 8. vers. contra hæc, de jud.

<sup>23</sup> Infringitur etiam † alienatio rerum

F. f. 3, immo.